



Jan
2
9



Conclusiones principaliter
suspecte et scandalose que re
periuntur in libris Erasmi
Roterodami per Jacobum
Lopidem Stunica excerpte.



Iacobus Lopis Stunica pio Lectori. S.P.D.



Ameti Erasmi Roterodami blasphemias & impietates quę permultę sunt, libello edito superiore anno in hac alma Vrbe publicauimus: quia tñ sunt nōnulli qui propter nimiam hominis uerboſitatem & inflatum dicendi genus non plene in plærifq; illius capitulis intelligūt ubi nam lateat uenenum unde simplicium corda perfacile infici poſſent: eam ob rem principales eiufdem blaſphemias per modum conſuſionum more ſcholasticō in mediū proponere uoluimus, ut illis plectis quicūq; in rebus Eccleſiaſticis uel mediocriter fuerit eruditus Erasmi mentē facillime poſſit apprehendere. Simul ēē ut hac noſtra diligentia toto orbi clarius eluceſcat nulla in reab hēreticis & damnatis Luterii conſuſionibus Eraſmicas differre. Cuius rei certius documentum preſtabunt tria illa uolumina q̄ nos in uniuerſas illius blaſphemias & impietates conſcripſimus, & Antapologia item noſtra contra eundem Eraſmum, quę omnia deduce, paulo poſt in lucē emittemus. Interim uale lector & Eraſmica ſcripta tãquam ſuſpecta & a ſana doctrina magna ex parte deuiantia ſingulari adhibita cautela, poſt hac curabis perlegenda.

¶ Conclusiones principaliter suspectę & scādaloſę
quę reperiuntur in libris Erasmi Roterodami, per
Iacobum Lopidem Stunicam excerptę.

¶ De primatu apostoli Petri & Sedis apostolicę.

¶ Ne quis ob hoc primum omniū Apostolorū faciat Pe-
trum, quod in catalogo Apostolorū primus a Mattheo
recensetur.

¶ Illa uerba Saluatoris quę habentur Matthei Cap. 16.
Et ego dico tibi quia tu es Petrus & super hanc petram
ædificabo ecclesiam meam, non uni soli Romano Pon-
tifici pertinere, sed illi tāquam ecclesię principi, & una
cum eo uniuerso populo Christiano.

¶ Romanus Pontifex apud ueteres non appellabatur
Summus, sed Romanus.

¶ Aetate diui Hieronymi, nō solere quęq̃ a cōmunionē
depellere quod nouo uerbo uocāt excōicare, nisi qui ad
eam pertinuiſſet ecclesiam. ¶ Ex quibus uerbis satis p-
batur Erasmus credere Romanum Pont. illis tempo-
ribus nō habuisse ius alios excōicandi præter proprios
& peculiare parochianos, qđ ex sequenti illius conclu-
sione heretica & insana apertius patet cum infert.

¶ Nā hæc Romani Pontificis monarchia post Hiero-
nymi sæculum exorta est.

¶ Quod Petro dicitur, Tu es Petrus & sup hanc petras
ædificabo Eccliam meā, & tibi dabo clauēs Regni celo-
rum, ad uniuersum populi Christiani corpus pertinet.

¶ An Damasus fuerit Sūmus orbis Pontifex, in medio

relinquo.

¶ Augustinum nō agnouisse Romanę sedis auctori-
tatem quam illi nunc tribuimus.

¶ De Sacramento confessionis.

¶ Fuisse antiquitus nō nullā confessionē male actę uite,
sed apertā ut opinor, quā nec legimus exactā a quoquā.

¶ Quę nunc recepta est clancularia cōfessio & in aurem
fit, uidetur ex consultationibus priuatis esse nata quę so-
lēt apud Episcopos fieri si qui scrupulus urgeret animū

¶ Olim confessionē fuisse publicam, & de notis cōmis-
sis publicam olim satisfactionem.

¶ Appāret Hieronymi tempore nondum institutā fuis-
se secretam admissorum confessionem.

¶ De Sacramento extremę Vnctionis.

¶ Hodie sacro oleo ununtur laborantes, non ut con-
ualeſcant, sed ut tutius migrent.

¶ De Sacramento matrimonii.

¶ Matrimonii cōditionē cōmodiorē esse Iudeis q̃ nobis
¶ Haud scio an hoc Sacramentum septimum (idest ma-
trimonium) ueteribus fuerit cognitum.

¶ Nullus est locus unde liqueat Gręcos & Latinos con-
iugium inter septem sacramentā cōnumerare.

¶ Haud scio an ætate diui Hieronymi Ecclesia nume-
rarit Matrimonium inter sacramentā.

¶ Theologi faciūt matrimoniū unū e septē sacramētis.

¶ De Horis canonicis.

¶ Sacerdotes nimiū prolixis p̄cibus hisq̃ p̄scriptis ali-
quoties ineptis ac ridiculis ne dixerij impiis oneratos.

¶ De Cerimoniis.

¶ Hodie ratione magis q̄ numeto cerimoniarum a Iu-
dæis differimus eo Christus progressu tēporē recidit.

¶ Christiani pluribus prēmunt cerimoniis q̄ Iudæi.

¶ Nō probo q̄ humanis cōstitutionibus tota pene Chri-
stianorum uita cerimoniis oneratur.

¶ Quę ad uarios titulos referuntur.

¶ Doctrinā xp̄ianā n̄ri tēporis impeditā esse, spinosam,
tenebricosam, partim admixtu legū ac disciplinarū hu-
manarū, partim sōniis & inuētiunculis ambitiosorū hoīz.

¶ Nusq̄ exp̄sse legitur quibus uerbis xp̄s cōsecrauerit.

¶ Nō in sector quorūdam institutū qui uere mēdicato
uiuūt: sed rectius opinor facturos si qui ualēt ut ualent
permulti, manibus sibi pararēt unde tum sibi tum aliis
egenis possent suppeditare.

¶ Serui appellationem in Christum non conuenire.

¶ Christum ut filium obedisse patri & subditum fuisse
non ut seruum.

¶ Apostoli suam Græcitatē e uulgi colloquio didicerūt

¶ In negociis huius mundi pro prædiis pro nummis iu-
rare fortasse non sit ingenui Christiani.

¶ Ut hæretici nō nihil immutabāt in litteris sacris quo
suum tuerentur errorem: ita compertum locis aliquot
addita quædam ab orthodoxis ad excludendos aut re-
fellendos hæreticorum errores.

¶ Miracula diui Hieronymi per Cyrillum Hierosoly-
mitanum Episcopum conscripta, fabulas esse.

¶ Hęc Christi mens omnino fuisse uidetur ut toleran-

tia superent Christiani non armis.

¶ Hierosolymis omnia Christianæ uitæ uestigiā aut
prorsus deleta sunt, aut cōmentitia quædam incertaq̄
monstrantur.

¶ Hodie monachorū somnia, imo muliercularum de-
liramenta leguntur inter diuinas scripturas.

¶ Qui quottidie psalmos non intellectos remurmurāt:
non meditantur in lege domini, sed aerem uerberant.

¶ Non cōmittitur grex pro quo mortuus est Christus,
nisi uehementer amanti Christum.

¶ Symbolum in concilio Niceno editū, illud esse quod
uulgo dicitur Apostolorum.

¶ Historiam excoriationis. B. Bartholomei fide carere.

¶ Nō audio qui mihi dicat scædam illā pruriginem &
ueneris stimulos nō a natura, sed a peccato profectam.

¶ Hodie uidemus inter Christianos plus esse supersti-
tionis in delectu ciborū quā unquā fuerit apud Iudæos.

¶ Omnis Christianorū uita delirationibus undiq̄ sca-
tet, quas ipsas tamen sacrifici non grauatim admittūt
& alunt, nō ignari quantū hinc lucelli soleat accrescere

¶ Sunt & aliæ innumerę conclusiones istius modi quę
ex sensu Erasmicorum uerborum elici possunt, ex qui-
bus patet apertissime non recte Erasmus sentire de pri-
matu sedis Apostolicę, de sacramentis, ac ecclesiasticis

dogmatibus & institutis, sed in omnibus & per omnia

cum Luterio hæretico illi conuenire ut ex ipso libello
blasphemiarum & impietatum eiusdem per nos edito

satis perspicue colligitur. Romæ. M. D. XXI II.